



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimæ, ad Dominicam SS. Trinitatis

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Quæ de hodierno ingressu & triumpho Domini possunt alia memorari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44214

Injuriæ infert Gratiæ maximam, qui proferenda injuria non certat fortiter.

In 1. parte. In die S. Stephani.

Injuriosum est Christo, si nulli quidem velis inferre injuriam, nolis autem illatam ferre.

In 1. parte. Die 16. Januarii.

Læsi amoris ira quod est suavior, eò potentior.

Qui ruina gaudet inimici, ruinam eius in se trahit.

In 2. parte, Feria 6. & Sabbato hebdomada 3. Quadragesima.

Quidquid acquiras æmulando, plus perdis quam acquiras.

In 2. parte, Feria 5. hebdomada 1. post Octavam Pascha.

Beati pacifici. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.

In 3. parte, Feria 2. & 3. hebdomada 4.

Si semel sunt condonandæ injuriæ, sunt semper condonandæ.

In 4. parte, Feria 5. hebdomada 18.

Quidquid profers ne parcas aliis, contra te profers ne parcat tibi Deus.

In 4. parte, Dominica 21.

QUÆ de hodierno Ingressu & Triumpho Domini possent alia memorari, atque inde Veritates ad praxim educi, hæc sunt in primis, ex Evangelica narratione.

INVENIETIS asinam alligatam, & pullum cum ea: solvite. & adducite mihi. Matth. 21. videndus textus.

Quod magis confert ad faciendam ritè Confessionem minus efficitur, nisi cum Sacerdote prius conferatur.

In 1. parte, Feria 3. hebdomada 3. post Epiphaniam.

DICITE quia Dominus his opus habet. Ibidem.

Sic nempe dicendum, in quibus omnibus nos velit Deus, nam,

Aut nullam vitæ partem, aut totam Deo debemus.

In 1. parte. Die 4. Januarii.

ECCĒ Rex tuus venit tibi mansuetus, Ibidem. Non nisi subiectis Christo concupiscentiis, Rex Christus te agnoscat.

Non à magno regno, Rex magnus, Christus ita est prædicandus, quam à Magno Rege, magnum eius regnum.

In 1. parte. Die 6. Januarii.

Quam in se attrahit Gratiæ, qui se Deo libens offert, eandem sibi detrahit, qui, quod offert, non reddit.

In 1. parte, Feria 3. hebdomada 1. Adventus, ad stabilendam vera virtutis firmitatem.

PLURIMA autem turba straxerunt vestimenta sua in via: Alii autem cadebant ramos de arboribus.

Turba autem, qua præcedebant, & qua sequebantur, clamabant dicentes: Hosanna Filio David &c. Matth. 21.

Tria simul hæc turba conjungunt, quæ sunt ad veram Devotionem valde observanda; Nempe affectum, voces & opera, quæ ad tres corporis partes spectant, Cor, linguam & manus; Unde hæc manat Veritas:

Nisi Cor, lingua, & manus, ad Devotionem simul conspirent, ipsa exspirabit Devotio.

Ratio fundatur in natura vera Devotionis, quæ nos totos ita Deo reddit, ut nisi totos reddat, non sit vera; non reddit autem totos, nisi tres illa conspirent partes, ut explicatur susus in 4. parte, Feria 5. hebdomada 26.

ET ut appropinquavit, videns Civitatem flevit super illam, dicens: Quia si cognovisses &c. Luc. 19.

Nisi Cor tuum moveatur ad verba Christi lachrymantis, Cor illud est de quo Sapiens, Cor durum habebit malè in novissimo. Eccles. 3.

In 3. parte, Dominica 9. Vbi hæc alia subiungitur.

Si te cognovisses, hoc in te sciendum nosset, quod desset Christus.

ET verò ad conciliandas hoc sacro tempore, vel quodcumque Divino placuerit Spiritui,

Spiritui, salutare lachrymas, plurimum va-
let. ad lere potest hæc Divi Augustini, de lachry-
mis sententia, meritò que debet inter Veritatis
Præcticas, sic recenleri & expendi, ut au-
thoritati dicentis, accedat d. cti ratio.

Lachryma, Passionis Christi Vicaria.

ID EST.

Vices quodammodo gerit Passiois Christi,
dum in animis nostris id operatur, quod
est præcipuum Passiois Christi opus.

Ratio est, quia præcipuum Passiois Christi o-
pus, est remissio peccatorum, ipso dicente Domi-
no: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat
Christum pati & resurgere à mortuis, &
prædicari in nomine eius per universam terram & re-
missionem peccatorum, in omnes gentes.
Tanquam scilicet hoc sit eius proximum, & præ-
cipuum opus.

Sed Lachryma, sic Domino cooperante, hanc
in animis nostris remissionem peccatorum opera-
tur.

Ita omnes Patres, variis quidem loquendi
modis, sed idem prorsus significantibus.

Sunt, qui lachrymam comparent cum herba
illa fullonum, quæ miram habet vim ad
elueudas quascunque sordes; & de qua est
mentio apud Prophetam Malachiam. Sic S.

Augustinus, hæc, inquit, lachryma, est herba
Fruens de cælestis illius fullonis, qua vestes servorum suo-
rum deturpatas, à sordibus quotidie purgat. Sunt
qui dicant esse velut Spongiam qua litteratura
quævis deletur. In codice, inquit sanctus Jo-
hannes Chrylostomus, scripta sunt peccata tua;

Spongiam peccatorum tuorum Lachryma tua sunt.
effunde Lachrymas & poteris ea dolere. Rursum

que alibi sub alia similitudine: In saecularibus,
inquit, iudiciis, quantumlibet post acceptam sen-
tentiam lamenteris & luges, non tamen effugies
flendo supplicium: Hic vero sitoto corde ingemu-
ris ad Deum, solvisti repente sententiam, veni-
amque consecutus es.

Sunt qui dicant esse velut naufragium aut
velut etiam illud diluivium, quo torus est or-
bis expiatus. Lachryma, inquit Petrus Cellen-
sis, est naufragium vitiorum, portusque naufraga-
torum. Sanctus autem Hieronymus ad il-
lum Psalmi Verbum: Veruntamen in diluvio
aquarum multarum, &c. VIDE, inquit, quan-
ta magnitudo sit flendum ut diluvio comparan-

Magisveve pars 2.

tur; Quod non tantum dicit propter abun-
dantiam, sed propter efficaciam. Quo in sen-
su iidem dicunt Lachrymis nostris Dæmo-
nem magis urri quam suis flammis, & ipsum
inferorum ignem nostris extingui flentibus.

Quid quod sanctus Leo non dubitat affir-
mare lachrymas à Divo Petro fusas esse velut
baptismum? Felices, inquit, lachryma tua, que
ad diluendam culpam negationis, Virtutem sacri
habuerunt baptismatis. Et quidem, iterabilis,
ait sanctus Bernardus, ut non semel tantum,
sicut Sacramentum Baptismi, sed sæpius hoc
Sacro lachrymarum Baptismate possumus ab-
lui. Poteratne dici expressius aliquid ad pro-
positæ Veritatis fidem illustrandam? Quid
enim Baptismo efficacius ad omnes peccato-
rum maculas eluendas? Et quia Martyrium,
Baptismus Sanguinis est, qui hoc commune
habet cum aquarum Baptismo, ut nihil in
peccato relinquat non plene ablutum & de-
tersum, idcirco etiam audeat Divus Chryso-
stomus cum isto martyrio conferre lachry-
mas. Dicam, inquit, tibi quid valeant lachry-
ma, attende diligentius. Quid martyribus ma-
mum 50.

ius animam suam ponunt pro amico suo? Gran-
dis gloria Martyrum: Martyres effundunt san-
guinem: peccatores effundunt lachrymas. Mere-
trix illa non fudit sanguinem, sed fontes lachry-
marum profudit, & delevit peccata sua. Tū de
Divo Petro. Nunquid sanguinem fudit? Nonne
amaro fudit lachrymas, & absterse peccatum
suum, & recepit pristinam dignitatem?

Ex quibus & aliis Sanctorum Patrum di-
ctis sicut aperte patet in veteris lachrymis, re-
missionem peccatorum contineri, sic planè li-
quet quam verè lachryma sit Passiois Chri-
sti Vicaria, cum id operetur in nobis, quod est
præcipuum Passiois Christi opus.

Quamobrem cum nihil modò sit oppor-
tunius quàm & recolendo simul salutis nos-
træ mysteria, & remittendis vacare pecca-
tis, sic utrumque simul jungendum est, ut &
sacræ memoria Passiois, lachrymas excitet;
& excitatæ lachrymæ memoriam passii Do-
mini renouent & virtutem eius communi-
cent. Sic Christus ipse Dominus utrumque
iunxit, ut manifestè ait Apostolus, qui in die-
bus carnis sue preces supplicationesque ad eum,
qui possit illum salvum facere à morte, cum cla-
more valido & lachrymis offerens, exauditus est
pro sua reverentia. Possent alia quæcunq; pe-
ccata, denegari, sed petentibus vniuersa lachrymis
nunquam

Serm. 9. de
Pass.
In octavam
Pasche.

In Psal-
mum 50.

Magisveve pars 2.

Magisveve pars 2.

Magisveve pars 2.

Magisveve pars 2.

Magisveve pars 2.

Magisveve pars 2.

Magisveve pars 2.

Magisveve pars 2.

Magisveve pars 2.

Magisveve pars 2.

Magisveve pars 2.

Magisveve pars 2.

Magisveve pars 2.

Magisveve pars 2.

Magisveve pars 2.

Magisveve pars 2.

Magisveve pars 2.

Magisveve pars 2.

Magisveve pars 2.

Magisveve pars 2.